Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxxiiii [...]

urn:nbn:de:bsz:31-293518

Visual Library

Vltra nichil querebatur. Aurum argentumqꝫ quo mollius eo pulcrius. Lineas ex argento nigras produci fieriqꝫ miramur. Argentum viuum venenum rerum omnium eſt. Exedit ac perrumpit vaſa: permanens tabe dira. Omnia ei innatāt preter aurum. Id vnū ad ſe trahit. Ideo optime purgat ceteras eius ſordes expuens: crebro iactatu fictilibus in vaſis. Ita vitiis abiectis vt et ipſum ab auro diſcedat. In pelles ſubiectas effunditur perqꝫ eas ſudoris vice defluens purum relinquit aurum Ergo & cum era inaurant̄ ſublitū bracteis pertinaciſſime retinet. Verum pallore detegit ſimplices aut p̄ tenues bracteas. Quapropter id furtum querentes oui liquore cādido vſum eum adultauere. Mox & idrargiro

Ca. viii. de modo facien
di argentum.

Inuenit vita & hydrargirum inuicem argentiviui pauloante dilatum. Fit autem duobus modis: ereis mortariis piſtiliſqꝫ trito minio ex aceto, aut patinis fictilibus impoſitum: ferrea concha calice coopertum argila ſuper illata. Dein ſub patenis accenſum follibus continuo igni: atqꝫ ita calicis ſudore deterſo qui fit argenteo colore & aque liquore, idem guta diuidi facilis & lubrico humore confluere.

Ca. ix. de ſpeculis

Pocula ita figurantur excultis intus cerebris ſeu ſpeculis: vt vel vno intuente populus tot imaginum fiat. Optima apud maiores ſpecula fiebant brunduſia ſtangno & ere mixtis. Prelata ſunt argentea

Tingit & egiptus argentum hoc modo. Miſcetur argento tertia pars eris ciprii tenuiſſimi quod coronarium vocant, & ſulphuris viui q̄tum argenti. Conflantur in fictili circumlito argila. Modus coquendi donec ſe ip̄a copercula operiant. Nigreſcit oui indurati luteo/vt tamen aceto & creta deteratur.

Liber .xxxiiii. ſequitur. in quo agit de ere plūmbo ferro & aliis metallici generis.

Ca. vii. de coloſſo.

Ante omnis in admiratione fuit coloſſus ſolis rhodi ſeptuagita cubitorum altitudinis fuit. hoc ſimulacrum poſt .lvi. annum terre motu proſtratum. Sed iacens quoqꝫ miraculo eſt. Pauci polli=

cem eius amplectuntur. Maiores ſunt digiti q̄ plereq; ſtatue. Vaſti ſpecus hiant proſtratis membris. Spectantur intus magne molis ſaxa: quorum pondere illud ſtabilierat conſtituens. Duodecim annis tradunt effectum.

Ca.ix. De differentia eris eoq; ſeruando.

Es omne frigore magno melius fundi. Era exterſa rubiginem celerius trahunt q̄ neglecta niſi oleo perungantur. Seruari ea optime in liquida pice tradunt.

Ca. xiiii. De ferro & magnete lapide.

Ferrum optimum peſſimūq; vite inſtrumentum. Siquidem hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta. Vites ſcalore deciſo annis omnibus cogim⁹ iuueneſcere. Cedimus ſaxa. Omneſq; ad alios vſus ferro vtimur. Sed eodē ad bella/cedes latrociuia non cominus ſolum/ſed etiam miſſili volucriq;: nunc tormētis excuſſo: nunc lacertis: nunc vero pennato. quam ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidem vt ocius mors perueniret: alitem illā fecimus: illiq; pennas dedimns.

In exacuenda oleares cotes & aquarie differunt. Oleo delicatior fit acies. Tenuiora ferramenta oleo reſtringi mos eſt. ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro ſanguis humanus ſe vlciſcitur. Contactum namq; eo celerius rubiginem trahit.

De magnete ſuo loco dicemus. Solum ferrum virus ab eo lapide accipit. retinetq; longo tempore: aliud apprehendēs ferrū: vt auulorum cathena ſpectetur interdum. vulneraq; ex tali aſperiora fiant. Lapis hic in Cantabria naſcitur.

De magnete lapide dinocrates architectus alexandri archinoes tēplum concamerare inchoauerat: vt in eo ſimulachrum eius e ferro pendere in aere videretur. Interceſſit mors eius.

Ca.xv. De temperatura ferri et medicine ex ferro.

f Errum accenſum igni niſi duretur ictibus corrūpitur. Rubeus non eſt habile tundendo. neq; ante q̄ albeſcere incipiat. Aceto & alumine ilitum fit eri ſimile. A rubigine vindicatur ceruſa gipſo & liquida pice. Hec eſt temperatura a grecis antiparia dicta. Extare ferream cathenam apud enfratem: qua alexander magnus ibi iunxerit pontem: cuius auulos qui refecti ſunt: rubigine infeſtari: carentibus ea prioribus. Medicina e ferro eſt & alia q̄ ſecandi. Namq; circunſcribi circulo ter ve circū-

lato mucrone: & adultis & infantibus prodeſt: contra noxia medi
camenta. Et prefixos in limine e ſepulcro euulſos clauos: aduer=
ſus nocturnas limphationes. Pungi leuiter mucrone quo per=
cuſſus hõ ſit: contra dolores laterum pectoris ve ſubitos: qui pun
ctionem afferant. Quedam vſtione ſanantur, priuatim canis ra
bidi morſus. Quippe etiam preualente morbo expaueſcentesqꝫ
potum vſta plaga ilico liberãtur. Calefit etiaꝫ ferro candente aqua
in multis vitiis preſertimqꝫ diſſintericis.
Eſt & rubigo ipſa in remediis. Vis eius ligare / ſiccare / reſtringere.
Hec detrahitur humido ferro clauis veteribus. Emendat alopetias
ilita. Vtuntur & ad ſcabritias genarum, puſtulaſqꝫ totius corpo
ris: eum cera & oleo myrteo. Ad ignes ſacros ex aceto. Item ad ſca
biem / paronichia digitorum / & pteringia in lintheolis. Siſtit &
feminarũ profluuia / impoſita velleribus, plagis quoqꝫ recentibus.
Et condilomatis ex aceto ꝓdeſt. Podagras quoqꝫ ilita leuit.
Scama quoqꝫ ferri in vſu eſt: ex acie aut mucronibꝰ: ſed acriore vi
q̃ rubigo. Quãobrem & contra epiphoras oculorũ aſſumitur. San
guinemqꝫ ſiſtit cũ vulnera maxime ferro fiant. Siſtit & feminarũ ꝓ
fluuia Hemorroidas cõpeſcit vlceraqꝫ ſerpentia. Precipua tñ cõ
mendatio eius in emplaſtro ad purganda vulnera fiſtulaſqꝫ: & om
nem callum erodendũ: & raſis oſſibus carnes recreandas. Com
ponitur hocmodo. Obolis ex cimolia creta duobus, ſex ex ere, to=
tidem ex ſcama ferri, totidem cere ex oleo ſextarius. His adicitur
cum ſint repurganda vulnera ceratum.

Ca.xvi. De plumbo albo & nigro.

Precioſiſſimum candidum a grecis appellatum caſſiteriũ. Certum
eſt in luſitania gigni & in gallitia ſumma tellure arenoſa coloris ni
gri. Interueniunt & minuti calculi maxime torrentibus ſiccatis.
Lauãt eas arenas metallici: & quod ſubſedit: coquũt in fornacibꝰ.

Ca.xvii. De ſtaguo et plumbo argentaneo.

ſ Tagnum ilitum ereis vaſis: ſaporem gratiorem facit & cõ
peſcit eruginis virus, mirumqꝫ pondus non auget. Spe=
cula ex his laudatiſſima vt diximus brunduſii temperabã
tur: donec argenteis vti cepere & ancille. Nunc adulteratur ſta
gnum addita eris tertia portione cãdidi in plumbũ albũ. fit & alio
modo mixtis albi plũbi nigriqꝫ libris. Hoc nũc aliqui argẽtariũ ap
pellant. Album plumbum incoquitur eris operibus galliarum in
uento ita vix diſterni poſſit ab argento. Nigro plũbo ad fiſtulas

laminaſq; laborioſius vtūtur in hiſpania eruto. totaſq; per gallias; Sed in britania ſummo terre corio adeo large: vt lex vltro dicatur ne plus certo modo fiat. Mirum in his ſolis metallis ꝙ derelicta fertilius reuiuiſcunt. Hoc videtur facere relaxatis ſpiramētis ad ſacietatem infuſus aer: eque vt feminas quaſdā fecundiores aborſus facere. Mirum aqua addita non liqueſcere vaſa e plumbo. Eadeꝫ in aqua calculus ereus ve quadrans ſi addatur vas peruri.

Ca.xviii. Medicina de plumbo et ſcoria plumbi.

i N medicina per ſe vſus plumbi eſt: cicatrices reprimere. Adalligatiſq; lumborum parti laminis: frigore impediri impetus veneris. Viſaq; in quiete veneria ſponte nature erumpentia: vſq; in morbi genus. His laminis Caluus orator cohibuiſſe traditur: vireſq; corporis ſtudiorum labore cuſtodiſſe. Nero(quoniaꝫ ita diis placuit)princeps: lamina pectori impoſita: ſub ea cantica exclamans: alendis vocibus demonſtrauit rationē. Coquit̄ ad medicine vſus: patinis fictilibus ſuſtrato ſulphure minuto laminis īpoſitis tenuibus: opertiſq; ſulphure & ferro mixtis. Cū coquitur minuenda eo opere foramina ſpiritus conuenit: alioquin plumbi e fornacibus halitus noxius ſentitur. & peſtilens. Canibus ociſſime. Omnium vero metallorum muſcis & culicibus.

Liber.xxxv. Agit de picturis & fictilibꝰ & imaginibus

Capitulum ſecundum. De imaginibus & bibliothecis.

Aſinii pollionis rome inuentum: primus equidem bibliothecam dicant. An priores ceperint alexandrie & pergami reges: qui bibliothecas magno certamine inſtituerint: non facile dixerim.

Imaginum amore flagraſſe quondā teſtes ſunt: & atticus ille. Ciceronis: edito de his volumine. Et M: varro benigniſſimo inuento inſertis voluminū ſuorum fecunditati: nō nominibus tantū ſeptingentorum illuſtrium: ſed & aliquomodo non paſſus imaginibus intercidere figuras.

Ca.iii. De clipeis et picture initio.

Scutis qualibus apud troiam pugnatum eſt continebātur imagines: vnde & nomē habuere clipeorū: non vt puerſa grāmaticoꝝ